

internis, ut defectu alimenti in senibus,  
à nimiâ humiditate radices eorum la-  
xante, vel ab acribus in primis scorbuti-  
cis humoribus radices eorum, vel gin-  
givas erodentibus. Et hic vires suas  
ostendit *Juniperus*.

Commendatur à *Savanorolâ Tract.*

**VI.** *Pract. Maj. cap. 6.* Pulvis sequens:

**R** Spod. 3i. margarit. non perforat.

Sang. Dracon. bol. Armen. āā 3j.

C. C. ust. jantal. rub. bac. juniper.

Chelidon. āā 3i. camphor. 3j. Misc.

**F.** Pulvis.

*Sennertus. lib. 2. Med. Pract. part. 1.*

*cap. X.* ad dentes confirmandos hoc ex-  
hibet Linimentum:

**R** Pulv. gumm. Junip. 3i. alum. crud. 3j.

Origan. 3i. Mell. 3vi.

Cum aceto squillit. Misc. & F. Linimen-  
tum.

## CAPUT. XII.

### JUNIPERUM PECTORIS MORBIS OPPONIT.

#### I. ASTHMA ET PERI- PNEVMONIA.

PRæclarè Galenus lib. d. uss. respiirat. Respiratio-  
monet, minimè vulgarem usum re- nis usus &  
spirationis esse, cum eâ privati, ne mo- necessitas.  
mentum quidem possimus vivere, cum  
quo & Sennertus lib. 2. Inst. Med. part. 3.

*sect. i. cap. V.* consentit, *inquiens*: Sicut pulsus non cessat, quamdiu animal vivit, ita nec Respiratio planè aboletur, si tamen illa auferri dicatur, id non ita accipiendum esse, quasi penitus aboleatur, sed tantum quoad sensum, propter parvitatem, ob quam latet.

Quot incommoda ab ejus lassione proveniant de his non satis conqueri poslunt illis qui sunt obnoxii. In pri-

*Dyspnœa.* mis *Dyspnœa*, *Asthma* & *Orthopnœa* affectus sunt, qui lassæ respirationi convenient. Diversa quidem sunt nomina, at ab unâ omnes eademque proveniunt

*Asthma.* causâ, nec aliter differunt, quâm magnitudine: *Dyspnœa* enim laborantes difficultatem quidem aliquam respirationis sentiunt, possunt tamen respirare & decumbentes absque sonitu. *Asthmatici* verò majori afficiuntur difficultate respirandi & quidem cum anhelatione & sonitu. *Orthopnœa* autem affecti tantâ vexantur respirationis difficultate, ut etiam metus urgeat suffocationis, & proinde non aliter, quâm erectâ cervice respirare possunt. Inter alia heroica auxilia Pectoralia & *Juniperus* cum partibus suis numerari meretur, cum iisdem

*Ortho-  
pnœa.*

*Internæ.*

non raro admisceri videamus.

Äquam singularem Asthmaticam describit *Schröderus lib. 2. Pharmacop.*

*Med.*

*Med. Chym. cap. 38. baccis Juniperinis exaltatam, singularium virium in respiratione facilitandâ.*

*Spiritus Juniperinus singularem. possidet laudem in Asthmate, quam illi quoque attribuit Libavius cap. 25. Alchimie pag. 114.*

*Spiritus Janiperinus compositus Mynsicht. egregiam & singularem præstat operam in prædicto affectu, à cochleari i. ad ij. si exhibeat. Descriptionem & ulteriorem commendationem vide Sectione 18. Armamentar. Chym. Myns. pag. 280.*

Haud minorem utilitatem præstabit sequens Spiritus Pectoralis, cuius præstantiam sæpe felici cum successu experti sumus:

**E**x Herb. pulmonar. marrub. veronic. àā Miß.

Flor. violar. Mj. sem. anis. fœnic. àā 3ß.

Rad. glycyrriz. ir. Flor. polypod. hellen. àā 3j.

Squille recent. 3ij.

Bacc. Juniper 3iβ. croc. 3iij.

Concif. contus. infund. in s. q. Spir. Juniper. optimi, digerantur per 3. dies, deinde destillentur per Vesicam. S. Spiritus Pectoralis.

Elixir Pectorale Asthmaticum Rol- finci cum eodem Spiritu Juniperi vel Spir.

L 3

Anisi

Anisi præparatur & præsentaneâ opera asthmaticos profligat insultus, sicut lib.  
4. Chim. sect. 2. cap. 3. videri potest. Sic  
& Elixir Vitæ Pectorale Ducum Saxonæ  
baccæ juniperi ingrediuntur, cuius descri-  
ptio extat in *Theſauro pharmacevitico Hof-*  
*manni p. 60.* Multum quoque operæ con-  
fert Essentia Pectoralis sequens:

**Ez** Gumm. benzoës, myrrh. rubr. àā 3ij.  
Sperm. cet. croc. oriental. àā 3ij.  
Extract. hellen. Juniper. àā 3ij.  
Spir. Juniper optimè rectificati q. s.

Mixta omnia digerantur per aliquot di-  
es, tinctum quod est decantetur, novus  
Spiritus affundatur, conjuncti liquores  
exhalent parum & serventur ad usum.

### Externè.

Externè ad humorum in pectore  
consummationem suffimigia parari fo-  
lent, quibus gummi Juniperuum ad-  
miscetur.

Sic Platerus lib. 1. Observat pag. 169.  
tale ordinavit:

**Ez** Thur. mastich. styrac. calam. ladan.  
àā 3ij.

Gumm. Juniper. hedera àā 3j.  
Rosar. rubr. sem. coriandr. àā 3ij.  
Pulveris. & excipiantur infuso gummat.  
Formentur Trochisci pro fumo.

Rofincius tale lib. V. Consultat. 8. præ-  
scribit, hâc tamen cum cautione, ne  
suffimigia adhibeantur in ipsâ accessio-  
ne.

ne, propter suffocationis periculum liberiique aëris interceptionem;

**EZ** Gummo. juniperin. 3ij. racamahac.  
succin. āā 7j.

Thur. mastich. āā 3ʒ. Styrac. cal. benzoës āā 3j.

M. D. S. Rauchpulver wieder die Flüsse.

Hisce suffumigiis nonnulli Aripigmentum addere solent, à quo tamen abstinentium fidelissimè monet *Sennerius*, cum ejus fumus, utpote pars volatilis, summiè venenosus & noxius sit, & errorum à voce *Sandaraca* ortum autumat, ob neglectum distinctionis inter *Sandaracam Græcorum* & *Arabum*, qua de autum est suprà.

*Benedictus Victorinus Faventinus cap. XV.* Empirice Pulverem hunc optimè valere dicit, futuræ coronali vesperi si inspergatur & manæ iterum auferatur :

**EZ** Flor. chamom. melilot. sambuc. āā 3ʒ.  
rosar. rubr. granor. myrth. āā 3j.  
Thur. mastich. Sandaras. Ar. corall.  
rubr. āā 3j.

Caryophyllor. 3j.

Pulverisentur omnia subtilissimè :

Similem quoque describit Pulverem *Fabricius Hildanus Centur. 6. Observat. 21.* cui *Sandaraca Arab.* quoque addita conspicitur.

L. 4.

PERI-

*Peripneumonia.*

PERIPNEUMONIA etiam inter affectus læsæ respirationis recensetur, & hāc correpti de difficultate respiratio- nis, cui febris conjuncta est, tussi non nunquam acri & sangvineo ac pondere in thorace conqueruntur.

*Rofineus lib. 5. Consultat. IV.* Pur- gantia in hoc affectu commendat & Di- uretica sequentia:

**R** *Pulv. rhubarb. 3j. scammon. 4oz. 3lb.*  
*Crystall. 4oz. 6lb. Saljuniper. 4lb. cii-*  
*chor. 3j.*

Misc. F. Pulvis D. S. Purgirpulver auf ettimahl.

**R** *Sal juniper.cort.ovor. 3lb. 5. Treib-*  
*Salz.*

Sequens Potio in morbo hoc de- bellando plurimum prodest:

**R** *Radix. glycyrrh. 2. polypod. ir. Flor.*  
*3lb.*

*Jujubar.num. XVI. sebesten. num. XX.*  
Coqu. in f. q.  $\nabla$  Veronicæ, Colaturæ  
adde

*Rob Juniper. 3lb. Syrup. violar. ace-*  
*zos. 3j.*

*Spir. 3lb. vel 4oz. q.s. ad grat. saporem.*

Misc. omnia D. S. Brusfrance auf viele- mahl.

## II. TUSSIS ET RAUCEDO.

*Tussis.*

**D**E tussis usu & causâ accuratè Galenus  
lib. 2. de simplic. Aded. facult. cap. 17. ita  
disse-

differit: Natura hominibus sternutandi vim indidit, ut præsidio ipsius, quæ in naribus infesta molestaque sunt, propulsarent, Tussiendi verò, ut quæ in gutture, ideo Tussis non temerè comparari posset cum lacu Pilati, qui ingesta & molesta cum strepitu respuit. Solet tamen interdum nimiam hominem afficere molestiam, si nimium quantum cumque dolore & aliis accidentibus hominem affligat. Quod si fiat, tunc ad tussim *Sandaram Arabum*, cum melle assumentam commendat Tractat. VI. Pract. Maj. cap. X. *Savonarola.*

**E**U<sup>πόρισον</sup> sequens non erit inef- *Internè.*  
ficax, cum solum *Rob Juniperinum*, imò referente *Tabernamontano lib. 3. Herbar. part. 2. cap. X. bacca Juniperi* cum vino saltem coctæ, in infantibus præprimis, certissimo experimento tussim ex causa frigida sedent & expectorationem promovere soleant.

**R**ob Junip. *Loch san.* Expert. àa 3ij.  
*Spec. diaireos* 3ij. *Tinctur.* ♀'s 3j.

Misc. D.S. Ablösender Saft wieder den Husten. Vel

**R** Extract. *Junip polypod. scabios.* àa 3j.  
*Succ. glycyrr.* 3lb. *gumm. ammon.* 3ij.  
*Lact. ♀'s flor. benz.* àa 3j.

Misc. & cum Essentiâ Croci F. Pilulæ justæ magnitudinis D.S. Sûsse Brust-Pil-  
len.

L 5

RAU-

*Raucedo.*

RAUCEDO cum tussi sèpè conjungit, ad quam tollendam hoc componit Eclegma Sennertus lib. 2. Med. Pract. part. 3. cap. 4.

**EZ** Gumm. Juniper. tragacanth. àa 3ij.  
Sacchar. ponid. 3j. succ. glycyrrhiz. 3ij.  
Thur. 3i.ß. Styrax. calam. 3j. croci 3j.

Cum melle F. Eclegma.

*Externe.*

Externè citatus Savanorola. loc. cit. p. 21. Factis, inquit, Purgationibus & ubi non suspectum est de multitudine materiæ, fiant audacter suffimigia, ut

**EZ** Thun. sandarac. Ar. storac. calamit. àa qv.

Incorporentur & ex iis fiat suffimgium, quod aperto ore excipiatur.

### III. PLEURITIS ET LATERUM DOLOR.

*Signature  
quid vale-  
ant.*

DEum & naturam nihil facere frustrâ, sed in certum omnia finem producâ esse jure meritoque afferitur, proinde & figuræ externæ plantis aliisque vegetabilibus non temerè, sed potius ut formæ & figuræ hæ externæ naturam internaque vires tanquam in speculo mortali- bus ob oculos ponant, a Summo Creatore evidentur inditæ, id quod etiam accu- ratiores Scientiæ naturalis Scrutatores movit, ut ex Signaturis vegetabilium externis de virtutibus internis conjice- rent,

rent, cum & ipsa experientia illos adjuverit certioresque fecerit, in multis externas figuræ virium internarum esse indices, & pleraque medicamenta partibus, quarum signaturam habent, inservire, sicut prolixè de hisce Signaturis agunt *Quercetanus*, *Crollius*, *Sennertus*  
*& alii.*

*Juniperi* Signaturam si aspiciamus *Juniperi*  
aculeata & spinosa illa est, aculeorum-*Signatura*  
que extremitates rubæ & sanguine *Pleuriti-*  
quasi tinctæ apparent, eaque propter *ca.*  
*Juniperum* cum suis partibus & in lancinantibus pleuritidis doloribus singulatiter & specificè prodesse, sputumque, quod maculis sanguineis plerumque permixtum egeritur, promovere & evacuare autumamus, in primis cum sententiam nostram ab experientiâ hactenus stabilitam sèpissimè videri licuerit: Sanctè enim testamur, in quam plurimis Pleuriticis sequentia medicamenta maximoperè profuisse & omnes ferè qui illis usi sunt, tam sine V. S. quam illâ administratâ restitutos esse felicissimè.

Quamprimum itaque fieri potuit  
Pleuriticis Diaphoreticum præscripsi-  
mus tale:

**Ex** Flor. \* ci Æj. Θis succin. volat. C. C.  
volat. āā Æß.  
Θis card.bened. ḡijj. juniper. fix. ḡxii.  
Misc.

Misc. D. S. **Schweifreibend Salz auf  
3. mahl.**

In liquidâ formâ desiderantibus  
tale exhibuimus:

**Ez**  $\nabla$ . card. bened. theriacal. bezoard. nr. e.  
qua bacc. juniper. quoq; recip.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .  
Mist. simpl.  $\text{ij}$ . spir. C. C. lign. junip.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .  
Rob. Junip. syr. card. ben.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ . Misc.

D. S. **Schwitz-Mistrur auf 3. mahl.**

Hicce adhibitis morbus plerumque  
factus est mitior, & expectoratio felicius  
successit, ad quam promovendam ulterius  
adhibuimus Essentiam Pectoralē sub-  
tit. Asthmatis descriptam ut & sequens:

**Ez**  $\nabla$ . scabios. card. mar. hyssop.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .  
Rob. Juniper. Oxymeli. squillit.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .  
Syr. papav. errat. d. jujub.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .  
Dent. apr. mandib. iec. pisc.  $\text{āā}$  præp.  $\text{ij}$ .  
 $\ddot{\text{t}}$  diaphor.  $\text{ij}$ . Essent. anodyn.  $\text{ij}$ .  
Tinet.  $\text{ij}$   $\text{ij}$ .

Misc. S. Resolvir- und Ablösender Li-  
quor auf eslichemahl/ allemahl zuvor wohl  
umjurühren.

**Externe.**

Externè quoque Unguentis & Lini-  
mentis admiscuimus Oleum tam ligni,  
quam baccarum Juniperi & felicissimum  
eventum experti sumus: Sic

**Ez**  $\circ$  chamomill. ros. aneth.  $\text{āā}$  coct.  $\text{ij}$ .  
lign. juniper. philos.  $\text{āā}$  dest.  $\text{ij}$ .  
 $\circ$  camphor. succin.  $\text{āā}$   $\text{ij}$ .

Misc. D. S. **Euserlich Qel.**

Vel

Vel

**Ez** *Unguen. dialetb. anodyn. àā ʒ.ß.*  
*○ dest. chamomill. bacc. junip. àā ʒ.ß.*  
*thererb. cumin. àā ʒ.ß.*

*Bals. ♀is therebinthina. junip. ʒ.ij.*

*Misc. S. Säblein wieder das Seiten-  
siechen.*

In lateris dolore à flatibus hunc *Latoris*  
 fotum commendat *Platerus lib. 2. Obser-* dolor à  
*vat. p. 416.* *flatibus.*

**Ez** *Rad. ireos. bryon. àā ʒ.ij.*

*Herb. calamintb. spic. Celt. pnleg.*  
*origan. àā Mj.*

*Fl. chamomill. melilot. sambuc. àā pj.*  
*Sem. carv. ʒ.ij. bacc. laur. Junip. àā p.ß.*

Decoqu. in vino & aqua ad usum.

### CAPUT XIII.

#### VIRTUTES JUNIPERI IN CORDIS AFFECTIBUS EXPLORAT.

#### I. VIRIUM IMBECILLITAS seu LANGVOR.

**F**istula dulce canit, volucrem dum de-  
 cipit auceps, vetus & verum est dicte-  
 rium, non enim omnia à gravi rigore  
 sunt incipienda; sed leni gravitate pau-  
 latim ad severitatē est deveniendum.  
 Idem observatur in langvore seu virium  
 imbecillitate, quibus affecti paulatim  
 debilitantur, ut incauti majora subse-  
 quentia mala gravissima vix accedere  
 senti-

*Langvor.*